§. XXIII. Y para que tampoco se pueda suscitar en ningun tiempo disputa, ni duda sobre los funerales, y el derecho de enterrar, establecemos y mandamos por las presentes, que los cadáveres de los que falleciesen en los reales palacios, ó en los dichos territorios separados, se entierren en la Iglesia Parroquial mas inmediata, y no en otra, segun lo dispuesto y ordenado por el enunciado Benedicto, predecesor nuestro, en dichas sus Letras; excepto en el caso de que los que falleciesen hayan elegido sepultura, en la qual es nuestra voluntad, y establecemos que de siempre salvo á la enunciada Iglesia Parroquial mas inmediata el derecho de acompañar los cuerpos de los dichos difuntos. Y debiéndose enterrar conforme queda ordenado los cadáveres de los que fallezcan en los reales palacios y territorios separados sobredichos en la enunciada Iglesia Parroquial mas inmediata (lo que sucederá, ya sea en el caso de que elijan sepultura en ella los que fallecieren, ó en el de que fallezcan sin elegirla) establecemos y mandamos, que siempre que los dichos dexen elegida sepultura en otra distinta Parroquia, sean de la mas inmediata así los derechos del acompañamiento, como los del entierro de los cadáveres: para cuyo efecto el Teniente de Cura, y demás Ministros de la nueva Iglesia Parroquial entregarán los cadáveres de los dichos difuntos al Teniente de Cura, y Beneficiados de la Iglesia Parroquial mas inmediata en una de las puertas de las plazas de los principales palacios reales, desde cuyo parage, segun lo dispuesto en las enunciadas Letras del dicho Benedicto, predecesor nuestro, queremos y mandamos que se haya de empezar el canto fúnebre y exêquias.

§. XXIV. Finalmente determinamos y mandamos, que los Capellanes, Cantores, y demás personas que estén en actual servicio de vuestra Magestad, y por consiguiente cobren sueldo ó salario de la Real Capilla erigida en Iglesia Parroquial, tengan y gocen fuero pasivo en sus causas, si no es en las beneficiales, que están exceptuadas expresamente en las mencionadas Letras del dicho Benedicto, predecesor nuestro.

§. XXV. Declarando que las presentes Letras, y todo lo contenido en ellas, no pueda en ningun tiempo ser notado de vicio de obrepcion, subrepcion, nulidad, ni de defecto de intencion en Nos, aunque sea por la razon de que alguno ó algunos, de qualquier estado, grado, orden, preeminencia y dignidad que sean, ó que de otro qualquier modo fuesen dignas de especial mencion, é individual expresion, que tuviesen acaso, ó pretendiesen de qualquier modo tener derecho en lo arriba expresado, no hayan sido llamados, citados, ú oidos, ni hayan consentido en ello, ni la de que las causas, por las quales han sido dadas las presentes Letras, no fueron suficientemente expuestas, probadas, ni justificadas, ó por otro qualquier titulo, colorido, pretexto ó causa, por mas justa, piadosa, legitima y privilegiada que sea, aunque esté comprehendida en el cuerpo del derecho, y aunque sea de enorme, y total lesion; ni de otro qualquier defecto, por mas grande y substancial que sea, y que nunca se haya tenido presente; ni puedan ser estas Letras impugnadas, infringidas ó revocadas, ni moverse instancia y litigio sobre ellas, ni ser reducidas á los términos de derecho, ni pedirse, ni impetrarse contra ellas el remedio de nueva audiencia, ni el de la restitucion *in integrum*, ni otro ninguno de hecho, de derecho, ú de gracia, ni aunque se hubiesen impetrado, concedido ú expedido motu propio, de cierta ciencia, ó con la plenitud de la potestad, nadie pueda usar, ó aprovecharse de ellos de ningun modo en juicio ni fuera de él: pues es nuestra voluntad que estas precedentes Letras sean y hayan de ser siempre, y perpetuamente firmes, válidas y eficaces, y que surtan y produzcan su pleno é integro efecto, y que sean irrevocables, y sufraguen plenisimamente á vuestra Magestad, á los Reyes sus sucesores, à la Reyna, Príncipe, Princesa é Infantes sobredichos, como asimismo al enunciado Capellan ó Procapellan Mayor, y á todos los demás contenidos en estas Letras, y á quienes en qualquier tiempo toque y tocáre en lo sucesivo, y que se observen y cumplan inviolablemente; y que así se deba sentenciar y determinar en lo que vá expresado por qualesquiera Jueces Ordinarios y Delegados, aunque sean Auditores de las causas del palacio apostólico, y Nuncios de dicha Sede, quitándoles á todos, y á cada uno de ellos qualquiera facultad y autoridad de juzgar, é interpretar de otro modo; y que sea nulo, y de ningun valor lo que de otra suerte aconteciere hacerse por atentado sobre esto por alguno con qualquiera autoridad, sabiéndolo, ú ignorándolo.

§. XXVI. Sin que obsten las constituciones y disposiciones apostólicas, ni en quanto sea necesario la regla nuestra, y de la Cancelaria Apostólica de *jure quærito non tollendo*; ni los estatutos y costumbres de qualesquiera Iglesias Parroquiales, aunque estén corroborados con juramento, confirmacion Apostólica, ó con qualquiera otra firmeza, ni los privilegios, indultos y Letras Apostólicas concedidas, confirmadas è innovadas de qualquier modo que sean en contrario de lo que vá expresado: todas, y cada una de las quales cosas teniendo sus contextos por plena, y suficientemente expresados, é insertos palabra por palabra en las presentes, habiendo de quedar por lo demás en su vigor, por esta sola vez, para el efecto de lo que vá expresado, las derogamos especial y expresamente, y otras qualesquiera que sean en contrario.

§. XXVII. Y queremos que á los traslados ó exemplares de estas Letras, aunque sean impresos, firmados de mano de algun Notario público, y sellados con el sello de alguna persona constituida en dignidad eclesiástica, se les dé enteramente igual fé en juicio, y fuera de él, que se daria á las mismas presentes si fueran exhibidas ó mostradas. Dado en Roma en San Pedro, sellado con el sello del Pescador, el dia 8 de Abril de 1777, año tercero de nuestro Pontificado. Inocencio Cardenal Conti. Lugar del sello ✠ del Pescador. *Regis Sched.* 31. *Maji* 1777. *Ibi*: Sabed, que con motivo de haberse erigido en Iglesia Parroquial mi Real Capilla, en virtud de un Breve del Papa Benedicto Decimo quarto, expedido en veinte y siete de Junio de mil setecientos cinquenta y tres, á instancia del Señor Rey Don Fernando, mi muy caro, y muy amado hermano, que esté en gloria, y de haberse hecho por el Nuncio, que entonces era de la Sede Apostólica en estos reynos, las demarcaciones de territorios, y asignacion de personas

nas

13 Episcopus potest congregare capitulum pro casibus, in quibus juxta sacros canones tenetur exquirere ejus votum, vel consilium, & in aliis casibus spectantibus ad sui dignitatem; Barbosa *de Canonic. cap.* 45. *n.* 7. Fagnan. *cap.* Cum ex injuncto *n.* 26. *& requent. de novi operis nuntiatione*, & consonat dispositio Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. *de reform.* ibi: "Quod si aliquid Canonicis ad »deliberandum proponant, nec de re ad suum, vel suo»rum commodum spectante agatur, Episcopi ipsi capi»tulum convocent, vota exquirant, & juxta ea conclu-
14 »dant." Non potest tamen Episcopus convocare capitulum pro actibus capitularibus, qui spectant ad capitulum, uti capitulum, quia pro rebus spectantibus ad ipsum solum capitulum remanet illesa, & intacta sua jurisdictio; ut post prædicta verba, quibus aperte demonstratur ad quæ se extendat hæc potestas Episcoporum, sic expres»se addit Tridentinum Concilium: "Ceteris autem in re»bus, capituli jurisdictio, & potestas, si qua eis compe»tir, & bonorum administratio salva, & intacta omnino »relinquatur." Barbosa *de potestat. Episc. allegat.* 73.
15 *n.* 17. *vers.* Si Episcopus, Petra *loc. cit. n.* 50. Vicarius Generalis Episcopi, sive præsente, sive absente Episcopo, in nullo casu potest convocare capitulum exemptum, cum expresse hoc reperiatur exceptum à Concilio Trident. *sess.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* ibi: *Nec ad id Vicarius Episcopi admittatur.* Secus autem est dicendum de capitulo non exempto, quia mox citatus textus: *Nec ad id Vicarius Episcopus admittatur*, est intelligendus, si capitulum sit exemptum, prout decisum fuisse à Sacra Congreg. refert Sbrozz. *in addit. ad summ. tract. de offic. Vicarii lib.* 3. *quæst.* 30. & post eum tenent Barbosa *in cit. cap.* 6. *sess.* 25. Tridentini *n.* 48. Fagnan. *in cit. cap.* Cum injuncto, *n.* 28. Petra *loc. cit. n.* 52. Et ratio
16 diversitatis est, quia in capitulis exemptis, facultas convocandi tribuitur à Tridentino *loc. cit.* solum Episcopo cum expressa exclusione Vicarii, ut patet per *cit. verba*; *Nec ad id Vicarius Episcopi admittatur.* In reliquis vero capitulis non exemptis non est necessaria talis facultas, quia eam habet ex jure communi, quamque communicat Vicario, qui proinde habet jurisdictionem in capitulo, & sic potest capitulum convocare justa existente causa in iis negotiis, in quibus juxta suas facultates judex esse potest.

17 Extante legitima consuetudine, ut Episcopus, seu Vicarius interveniat in omnibus capitulis, etiam quæ fiunt pro re spectante ad capitulum, debet illa servari; Sbrozz. *de Vicario q.* 30. *n.* 25. Petra *loc. cit. n.* 56. Pignat. *tom.* 4. *consult.* 154 *n.* 6. ubi refert, talem consuetudinem extare Mediolani, & sic ibi decisum fuisse à Sac. Cong. Episcop. 2. *Jul.* 1591. Unde etiam Sac. Congr. Conc. censuit, *pro c.* 6. *sess.* 25. §. Absente vero Episcopo, non obstante quominus Vicarius Archiepiscopi Mediolanensis possit intervenire in capitulo, ac in eo sedere, si talis facultas ei ante Concilium, vel constitutione, vel consuetudine, vel alio quocumque modo legitime competebat juxta dictum decretum in fine, præsertim si ipsum capitulum nullo exemptionis, aut speciali jure juvetur adversus omnimodam subjectionem Archiepiscopi. Quæ quidem declaratio fuit discussa à Sac. Congr. Episc. 5. *Maji* 1587. his verbis: "Sac. Congr. super Episcopos decrevit, Vica»rium Archiepiscopi Mediolanensis capitulis ecclesiæ »metropolitanæ, & negotiorum capitularium tractatio»ni, & expeditioni interesse valere, & primam sedem »habere juxta decretum Concilii provincialis tertii." 18
Quamvis tamen ex consuetudine, seu alio jure speciali, Episcopus, seu Vicarius possit intervenire in capitulis omnibus, non potest tamen nec Episcopus, nec Vicarius intervenire, si in capitulo agendum sit de interesse proprio, seu suorum, ut ex Sac. Congr. Concil. concludit. Pignatell. *l. c. n.* 6. Barbos. *cit. cap.* 35. *n.* 6. Rota *in Gerund. jurisdict. super exhibitione resolutionum capitularium* 12. *Jun.* 1703. §. Pro utroque, *cor. D. Priolo.* Et 19
dato, quod Episcopus, vel Vicarius congregaverit capitulum, & rem proposuerit; ubi agitur de suo, vel suorum commodo, debet exire, & relinquere Canonicos de capitulo solos, ut ipsi libere rem discutiant, & determinent; Vener. *in examine Episc. lib.* 17. *n.* 37. *cum seq.* Gallet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb.* Episcopus. Barbosa *de Canon. cap.* 35. *num.* 9. Rota *in Hispalens. Juris præsidendi in cap.* 2. *Jul.* 1700. §. Similiter, *coram D Olmo.* Hujusmodi tamen interesse debet esse speciale 20
proprium, vel suorum; non autem ratione ecclesiæ; in quo casu, sicuti posset esse Judex Episcopus, vel Vicarius, ita pari ratione non sunt repellendi, ut pluries censuit Sacr. Congregat. Concil. *in lib. enim Card. Alciati fol.* 1270. ita habetur: *Tertio, an sub illis verbis Sacr. Concil. dict. cap.* 6. nec agatur de re ad suum, vel suorum commodum spectante, *cum comprehendantur ea, quæ*

nas que habian de pertenecer á dicha Parroquia, y á la jurisdiccion de mi Capellan ó Procapellan Mayor, se suscitaron diferentes disputas y controversias con la jurisdiccion diocesana de Madrid y Sitios Reales, la del territorio de las Ordenes por lo respectivo al de Aranjuez, la del Prior del real monasterio de San Lorenzo, y las de otros interesados, reclamando uno los agravios que decian haberseles hecho, y defendiendo otros ser justo y conveniente el nuevo privilegio y la demarcacon, y asignacion executadas por el Nuncio. Enterado dicho Señor Rey de las razones y derechos que se le representaron por todos, á fin de proceder con acierto en tan delicado asunto, nombró una Junta, para que examinando los recursos, alegatos y pretensiones, consultase lo que le pareciese. Desempeñó la Junta el encargo que se la hizo, y habiéndoseme dado cuenta de sus consultas, despues de mi exâltacion al Trono, determiné remitirlas al Papa, junto con todos los demás papeles originales, para que enterado de ellos su Beatitud, como tambien de los inconvenientes que podia producir el privilegio en toda la extension que se le habia dado, decidiese y mandase en cada uno de los puntos controvertidos lo que tuviese por mas justo y arreglado á disposiciones Canónicas, y mas propio para evitar escrupulos, dudas y competencias, no siendo mi real animo se hiciese otra cosa que lo que su Beatitud juzgase conducente al referido fin, á la seguridad de conciencia de mi familia, criados y dependientes de palacio, y á la mejor asistencia espiritual de todos. Puso en práctica su Beatitud lo que en mi nombre se le suplicó; y en su consecuencia ha expedido con fecha de ocho de Abril de este año el Breve de que se os remite copia, en que decidiendo las expresadas controversias y dudas, señala los justos y convenientes limites de la Parroquialidad de mi Capilla. Y habiéndole aceptado Yo en todas sus partes, le remití original al mi Consejo con mi real decreto de veinte y tres de este mes, para que dispusiese su publicacion. Visto en él, con lo expuesto por mis Fiscales, acordó expedir esta mi real cedula. Por la qual encargo á mi Capellan Mayor que por tiempo fuere, ó el que hiciere sus veces, como asimismo á los MM. RR. Arzobispos, RR. Obispos, y á los Cabildos de las Iglesias Metropolitanas y Catedrales en Sede vacante, sus Visitadores ó Vicarios, á los demás Ordinarios eclesiásticos que exerzan jurisdiccion, y á los Superiores ó Prelados de las Ordenes reguiares, Párrocos, y demás personas eclesiásticas, vean el Breve de su Santidad que acompaña á esta mi cedula, certificado de Don Felipe Samaniego, Caballero del Orden de Santiago, del mi Consejo, mi Secretario, y de la interpretacion de lenguas, y concurran cada uno en lo que le toca, á que tenga el debido cumplimiento lo prevenido en él. Y mando á todos los Jueces y Justicias de estos mis reynos, y demás á quienes toque, sin excepcion, ni limitacion alguna, vean, guarden y cumplan, y hagan guardar y cumplir igualmente el contenido de esta mi cedula para su execucion, sin limitacion, ni restricion alguna, y conforme á su literal série y tenor, den todo el favor y auxilio que sea necesario, y se requiera. Que así es mi voluntad::: Vid. *verb.* Parochia.

BIBLIOTECA CENTRAL UANL

quæ concernunt ecclesiam, ut si agatur generaliter; an Episcopo sit serviendum celebranti? Sac. Cong. respondit: *non comprehendi.* Et ead. Sac. Cong. Conc. *in Turritana* 14. *Junii* 1651. respondit: *Locum aulæ archiepiscopalis non esse immutandum, sed quando agendum de interesse privato ipsius Archiepiscopi, ipsum, & ejus Vicarium abstinendum ab interessentia in capitulo,* & Rota *in cit.*
21 *Gerund.* §. *fin.* Ubi autem Episcopus, seu Vicarius juxta solitum, seu consuetudinem capitulis intervenit, non potest ferre suffragium, quia hoc ferre spectat tantum ad illos de capitulo, ut decrevit Sac. Cong. Conc. *apud Cardin. Alciatum, in cujus lib.* 1269. sic adnotatur: *Cum dubitaretur ab Episcopo Gadicen. An cum ipse ex decreto Sacr. Concil. capit.* 6. *sess.* 25. *Cpitulum convocat, habeat tamen in eo votum?* Sac. Cong. censuit: *Non habere, neque ex jure, neque ex Conciliis*; & sic censuit ead. Sac. Cong. *etiam in Aprutina* 31. *Julii* 1694. denegando Vicario jus dicti suffragii, & sic etiam sensit Rota *in dict.*
22 *Hispalen. Juris præsidendi in capitulo* §. Prout. Dato autem, quod Episcopus, seu Vicarius esset Canonicus, tunc posset quidem ferre suffragium, sed unicum tantum, uti Canonicus, quia uti Canonicus esset pars ipsius capituli; Gratian. *discept.* 106. *num.* 5. *& seq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 19. *num.* 4. *&* 105. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 73. *num.* 17. *&* 12. Petra *loc. cit. num.* 19. & plene Rota *part.* 12. *recent. decis.* 278. *num.* 1. *&* 2. *& prius decis.* 156. *num.* 17. *& seq. ead. part.* 12.

23 Episcopus in casibus, in quibus convocat capitulum, debet in eo præsidere cum omnibus prærogativis: Cum enim sit in capitulo uti caput, debet ipse retinere primam sedem, & præminentiam horologii, vota recipere, negotia proponere, ac alia peragere, quæ necessaria sunt; Trident. *sess.* 25. *cap.* 6. *de reformat.* ibi: "Episcopis »præterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignita»ti par est, eisque in choro, & in capitulo, in proces»sionibus, & aliis actibus publicis sit prima sedes, & »locus, quem ipsi elegerint, & præcipue omnium rerum »agendarum auctoritas:" Rota *in Gerund. Jurisdictionis super jure præsidendi in capitulo* 14. *Junii* 1702. *coram Priolo*; *& Hispalen. Juris præsidendi in capitulo* 2. *Junii* 1700. *per tot.* ubi late examinatur articulus etiam
24 in capitulo exempto *cor. D. dell' Olmo.* Episcopus interveniens capitulo non illud congregando, seu convocando pro rebus ad suam dignitatem pertinentibus, sed solum ratione consuetudinis interveniens capitulis, quæ congregantur à capite capituli pro rebus, & negotiis ipsius capituli, habet præminentiam loci, & prærogativas horologii, & tintinnabuli, quia etiam ibi intervenit uti Episcopus, & incongruum videtur, ut subsit alteri, cum caput capituli sit infetior Episcopo, Sarav. *de adjunctis q.* 1. *num.* 7. Ceccoper. *lucubrat. canonic. lib.* 4. *n.* 133. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 69. Petra *lo-*
25 *co cit. num.* 66. In actibus vero concomitantibus ipsum capitulum, nempe convocatione, votorum receptione, ac similibus, tales prærogativæ spectant ad caput capituli, & non ad Episcopum, nisi etiam actus præfati ex consuetudine spectent ad Episcopum, quia Episcopus ibi non intervenit uti constituens unicum corpus mysticum cum ejus capitulo pro explendis actibus, qui onus habeant unione dicti corporis mystici, sed dicti actus pro rebus capituli explentur per corpus capituli sine Episcopo, qui potius intervenit ibi ut Judex, ne aliquid agatur contra jus. Et sic videtur recte sentire Rota *in d. hisp. Jur. præsidendi in c.* 2. *Julii* 1700. §. Minusque urget. Petra *l. c.*
26 *n.* 66. Episcopus, qui est canonicus sive in ecclesia suæ propriæ diœcesis, sive in ecclesia alienæ diœcesis, sive in ecclesia exempta, non potest uti Canonicus convocare capitulum, vota recipere & similia, sed hæc spectant ad caput capituli, quia Episcopus ut Canonicus, est pars ca-
27 pituli. Episcopus autem, etiam Titularis, licèt interveniat capitulo, & aliis functionibus capitularibus, uti Canonicus, habet præcedentiam, & præeminentiam super omnes Canonicos, & Dignitates; Rota *in Arturicen. præeminentiarum* 2. *Junii* 1074. §. Sentiebant, & §. Fortius, *cor. D. Ansaldo*, & Sac. Congreg. Rit. *in Neapolitana*, ut refert Card. de Luc. *disc.* 41. *de præeminentiis in Ruthen.* 24. *Septembris* 1605. *in Compostellana* 11. *Julii* 1617. *& in Calaguritana* 13. *Novembris* 1621. Vide *verb.* Canonicatus *art.* 7. *num.* 45. Et ratio est, quia præcedentia, seu præeminentia loci, ac hujusmodi, sunt inseparabiles à dignitate episcopali, quæ supereminet tali capitulo; & per hoc, ut recte advertit Hieronymus Veneto *in examine Episcop. lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 22. & cum ipso Barbos. *de Canonic. cap.* 36. *num.* 6. & Petra *loc. cit. num.* 78. debet Præfectus capituli, quando proponit, petere cum debita urbanitate licentiam ab Episcopo, istum salutando.

Capitulum convocari, seu celebrari debet in ecclesia, 28
& loco ad hoc determinato; *cap.* Quod sicut 28. *de election. & gloss. ibi constitut. cap.* Qua fronte 25. *de appellat. & ibi gloss. verb.* Canonicum, *cap.* In nomine Domini 1. *dist.* 23. *cap.* Præceptum 6. *quæst.* 2. *caus.* 2. Fagnan. *in cap.* Cum ex injuncto 2. *de nov. oper. nunt. num.* 17. *cum multis ibi cit.* Nec Episcopus potest domi 29
suæ illud convocare, sed ad aulam capitularem, ubi antea solitum fuit capitulum convenire; Sac. Cong. Conc. *in Placentina*, ubi, ut refert Fagnan. *loc. cit. num.* 18. proposito dubio: An Episcopus volens aliquid in capitulo proponere *juxta cap.* 6. *sess.* 25. teneatur accedere ad ecclesiam, & locum solitum deputari; an vero illud in ædibus propriis convocare possit? Sac. Congreg. prius respondit, quod quando Episcopus vult aliquid proponere Canonicis ad deliberandum, nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agitur, solus Episcopus privative ad quoscumque potest convocare, idque in domibus suis; postea vero auditis utriusque rationibus, partiumque Advocatis, & Procuratoribus, ab omnibus in hanc sententiam itum est, ut Episcopus non possit domi suæ capitulum convocare, sed ad aulam capitularem, in qua antea semper solitum fuit capitulum convenire. Po- 30
test tamen capitulum ad alium locum transferri, & convocari, quando non potest tuto conveniri in ecclesia, vel loco capitulari, ut patet *in cap.* In nomine Domini 2. *dist.* 23. his verbis circa medium: "Quod si pravorum, »atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut »pura, sincera, atque gratuita fieri in urbe non possit »electio, Cardinales Episcopi cum Religiosis, Clericis, »Catholicisque Laicis licèt paucis, Jus potestatis obti»neant eligere apostolicæ Sedis Pontificem, ubi congrue»re viderint." Et ibi notat Gloss. *in verb.* Fieri in urbe. Fagnan. *loc. cit. num.* 21. Et inter alias justas causas 31
transferendi capitulum ad alium locum, justa causa est repulsio Episcopi ab ingressu in civitatem, vel rebellio contra ipsum Episcopum, ut ex causa rebellionis contra Episcopum Leodiensem fuit concessa facultas transferendi ipsum capitulum ad alium locum idoneum, & tutum in dicta diœcesi Leodiensi constitutum, de quo Episcopo, & capitulo expedire videtur. Sic concessit Clemens VI. *in constit. incip.* Ecclesiis::: *Dat. Avenione Kalendis Maji anno sexto sui Pontificatus*: & confirmavit Innocentius XI. *in const. incip.* Cum aliis::: *Dat. Romæ* 24. *Junii* 1649. *anno quinto sui Pontificatus*; ut videre est apud Fagnan. *in cap.* Cum ex injuncto 2. *de nov. oper. nunt. num.* 55. *&* 56. Et ratio est, quia ut expresse dicitur *in cap.* Non decet 1. *dist.* 12. *Non decet à capite membra discedere, sed juxta scripturæ testimonium caput sequantur.* Caput autem Episcopus, & membra sunt Canonici; *cap.* Novit. 4. *de his, quæ fiunt à Prælato*, ibi: "Novit tuæ discretionis prudentia, qualiter tu, »& fratres tui unum corpus sitis; ita quod tu caput, & »illi membra esse probentur, unde non decet, te omissis »membris aliorum consilio in ecclesiæ tuæ negotiis uti." Quare cum ob impedimentum ei illatum Episcopus nequiverit ad suam cathedralem ecclesiam se conferre, ibique Canonicorum consilium exquirere pro negotiis ecclesiæ expediendis, necesse est, ut possit aliò eos convocare, ut juxta citat. Canon. *Membra caput suum sequantur*, ne cogatur Episcopus, omissis membris aliorum consilio uti in negotiis suæ ecclesiæ.

Capitula, seu tractatus, & congregationes, ac actus 32
capitulares per Canonicos cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum fieri non debent eo tempore, quo celebrantur divina officia, ut rescripsit Sacr. Rit. Congreg. *Archiepiscopo Ulyssiponen.* his verbis: "Sacra Congre»ga-

„gatio Rituum viso, & perpenso memoriali pro parte di-
„midiorum Canonicorum Quaternariorum ecclesiæ Ulys-
„siponens. eidem Sacræ Congregationi porrecto, decla-
„ravit capitula, seu tractatus, & congregationes, ac ac-
„tus capitulates per Canonicos cathedralium, & colle-
„giatarum ecclesiarum peractis divinis officiis, & præser-
„tim missa majori, ne divinus cultus propter ministrorum
„subtractionem minuatur, habendos esse. Quod si dum
„missa, & alia divina officia celebrantur, aut horæ ca-
„nonicæ recitantur, capitula habere voluerint, nisi forte
„evidens necessitas id postulaverit, ejus horæ, in qua id
„commiserint, quotidianas distributiones minime lucra-
„ri debere censuit sub die 17. Novembris 1600." Et sic etiam censuit Sacr. Cong. *in Oriolen.* 27. *Martii* 1632. *in resp. ad* 11. *ubi respondit*: "Capitulum non esse ha-
„bendum eo tempore, quo divina officia celebrari debent,
„nisi causa aliqua urgens in aliud tempus differre non pa-
„tiatur. Quod si secus fiat, Canonicos numquam lucrari
„distributiones quotidianas pro illis horis, quibus divi-
„nis non interfuerint, & eo casu Episcopum posse sine
„Conjudicibus contra Canonicos procedere ad subtractio-
„nem fructuum, & ad mulctas ab eo impositas."

33 ☞ Capitulum ecclesiæ cathedralis, definiente Bohemer. *in decret. lib.* 3. *tit.* 9. §. 7. *est collegium sub Episcopo quidem, sed separatum corpus tamen sub directione Præpositi, & Decani constituens, & peculiaribus suis juribus gaudens, Episcopo in adjutorium datum, & de regimine ecclesiastico participans, constans ex iis, qui vel ratione præbendæ suæ, vel aliàs de consuetudine votum, ses-*
34 *sionemque in capitulo acceperunt.* Quod olim presbyterium,
35 id capitulum sibi hodie vindicat. De origine vero capitulorum, adsis eumdem Bohemerum *in decretal. dict. lib.* 3. *dict. tit.* 9 *à* §. 2. *ad plur. sequent.* tum Rouseaud de la Combe *verb.* Capitulum *sect.* 1. *per tot.*

36 Ut autem capitulum jure suo expleat negotia, quatuor hæc concurrant, oportet. I. Ut sit legitime congregatum. II. Ut vocentur omnes, qui vocem in capitulo habent, vel de præsenti habere possunt. III. Ut negotia capitulariter expediantur. IV. Ut major pars consensum suum interponat.

37 Quod attinet ad primum requisitum, capitulum ut le-
38 gitime convocetur, haberi debet ratio *personarum*, id
39 est, convocantium *modi*, *loci*, & *temporis*. Convocat ca-
40 pitulum Episcopus, vel Decanus. Episcopus convocat in negotiis, quæ peragi debent cum consensu, vel consilio
41 capituli, vel aliàs conjunctim ad Episcopum, & capitulum pertinent. In ceteris negotiis Decanus convocat capitulum, vel tempore stato, vel extraordinario pro re nata, eoque deficiente Senior, ut plurimum, nisi aliter ea in ecclesia obtinuerit; Bohemer. *in decret. lib.* 3. *tit.* 11. §. 3.
42 ubi quod convocante Decano capitulum, haud opus est licentia Episcopi; Louvrex *dissert. canon.* 17. *num.* 1. & *plur. sequent.*

43 De modo convocandi capitulum nihil in jure statu-
44 tum est. Quocirca retineri debet modus ille, qui in ec-
45 clesia, de qua agitur, invaluit. Alibi enim fit convocatio per sonum campanæ, alibi per literas, alibi viva voce.
46 Quod vero attinet ad absentes, ii necessario convocandi sunt per literas, vel nuntium; Passerin. *de elect. canon. cap.* 11. *fer. per tot.*

47 Locus capituli solet esse certus, ac determinatus.
48 Episcopus tamen potest capitulum in aula sua convocare; nisi controversiam cum ipso capitulo habeat; Fermosin. *de potest. cap. Sede vacant. tract.* 3. *quæst.* 6. *num.* 12.
49 Verum si alibi, modo in loco honesto, convocatum sit capitulum, nequit actus hoc nomine impugnari, quod capitulum non sit convocatum in loco consueto; Cardin. de Luc. *de Regular. discurs.* 15. *num.* 12. Passerin. *de elect. canon. cap.* 12. & *sequent.*

50 Demum tempore consueto convocari debet capitulum, non eo tamen, quo divina celebrantur, alias capitulares impune non comparent; Leuren. *for. beneficial. tom.* 1. *quæst.* 220. *num.* 5.

51 Quod concernit secundum requisitum, vocem in capitulo habent, adeoque sunt convocandi, qui nomine ca-
52 pituli veniunt, & sic regulariter soli Canonici; nam non nisi Canonici veniunt nomine capituli, ipsumque constituunt; Bohemer. *in decret. lib.* 3. *tit.* 11. §. 6. Hinc se- 53
quitur, dignitates convocari non debere, nam eæ non dicuntur de capitulo, nisi vel fundatione, vel consuetudine aliud obtineat; Cardin. de Luc. *de benefic. discurs.* 46. *num.* 1. Barbosa *de Canon. cap.* 36. *n.* 14. Idem 54
dicendum est de Mansionariis, quippe qui nec de capitulo dicuntur; Ayrer *in dissert. de benefic. assist.* Confert etiam Rota *cor. Crisp. decis.* 50. *num.* 20. *in Gerund. servitutum* 23. *Februarii* 1731. §. Siquidem *cor. clar. mem. Cincio.*

Quinimmo nec omnes Canonici convocandi sunt, sed 55
tantum præbendati, intra numerum, & in ordine saltem Diaconatus constituti; Bohemer. *in decret. lib.* 3. *tit.* 11. §. 7. & 8. Num autem Canonici absentes vocandi sint? 56
Negatur, exceptis tamen negotiis majoris ponderis; ut sunt electio prælati, receptio Canonicorum, aut præbendarum collatio, & cessatio à divinis à capitulo indicenda; Idem Auctor *loc. cit.* §. 9.

Tertium requisitum est, ut negotia capitulariter ex- 57
pediantur. Dicuntur enim negotia expediri capitulariter, si congregatum sit capitulum, audita sint vota singulo- 58
rum, & deliberatio à congregatis facta sit. Neque enim singuli extra Congregationem capitulum constituunt, & ita nec singulorum consensus extra capitulum interpositus sufficit in negotiis à capitulo expediendis, id quod ex natura collegiorum fluit; Cardinal. de Luc. *de benefic. disc.* 30. *num.* 3. & 5. optime Louvrex *dict. dissert. Canon.* 17. *num.* 14.

Restat ut disseramus de ultimo requisito, ut major 59
pars capituli consensum suum imponat. Id quoque ex natura omnium collegiorum, & universitatum fluit, quum non esset ratio expediendorum negotiorum, nisi majora concluderent. Major tamen pars æstimari debet non res- 60
pectu partium minorum, sed totius capituli, *id est*, omnium Canonicorum intervenientium, & suffragium ferentium, nisi alia sit consuetudo; Louvrex *dict. dissert. Canonic.* 17. *num.* 9. & *sequent.* Idemque obtinere debere 61
tenet dictus Auctor, si capitulum consenserit, ut major pars respectu partium minorum concludat.

Ceterum si agatur de negotio Canonicos uti singulos 62
concernente, non sufficit consensus majoris partis, sed singulorum Canonicorum consensus exigitur; Fagnan. *in cap.* Quum in cunctis *fere per tot. de his, quæ fiunt à major. part. cap.* Fermosin. *de potest. cap.* Sede vacante, *tract.* 3. *q.* 1. *num.* 5. 15. & *sequent.*

At quando negotium dici debeat hujus generis, ut 63
concernat Canonicos uti singulos, omnium optime explicat Louvrex *sæpe dict. dissert. Canon.* 17. *à num.* 16. *ad plur. sequent.* omnino consulendus, ubi res postulat

Num ad convocationem capituli extraordinarii de- 64
beant Canonici ei, qui jus habet convocandi ipsum capitulum, eique præsidendi, negotia pandere, propter quæ 65
convocatio illa desideratur.

De quæstione hac magna utrinque animorum contentione disputatum novissime est in Rota. At tribunal hoc 66
definivit necesse haud habere Canonicos negotia proponenda in capitulo extraordinario nota facere habenti jus convocandi capitulum, ipsique præsidendi. Vide *decisionem in Avenionen. Convocationis capituli* 17. *Mart.* 1752. *cor. Eminent. Bussio.* (*Lit. E. pag.* 172. *col.* 2.) ☞

ARTICULUS II.

Quoad ea, in quibus requiritur consilium, vel consensus capituli.

SUMMARIUM.

1 *Non licet novum habitum, sive signum à Canonicis cathedralis ecclesiæ absque Sedis Apostolicæ auctoritate assumi: quando debent almutias deferre: & an sint Canonici in dignitate ecclesiastica constituti*, ad num. 3.
4 *Quæ differentia circa Canonicos ecclesiæ cathedralis, & collegiatæ*, ad num. 8.
9 *Episcopus quando sine adjunctis possit in Canonicos procedere*, ad num. 13.

14 *A quo isti licentiam sint consequuturi, dum absentare se intendunt*, ad num. 16.
17 *Canonicatus per quem est erigendus*, ad n. 20.
21 *Quid juris supernumerario Canonico competat; quis hic dicitur: quæ distributiones ab eo percipiantur*, ad num. 24.
25 *An sit permittendum, quod Canonici in parochum deputent Canonicum supernumerarium.*
26 *Auctoris supplementa.*
27 *Ex aliena manu additiones subnectuntur*, ad n. 31.

1 Capituli consensus requiritur. *Primo*: In alienatione rerum ecclesiasticarum, quæ ad cathedralem ecclesiam pertinent; *cap.* Sine exceptione 53. *caus.* 12. *quæst.* 2. *cap.* Ut super §. *fin. de rebus eccles. non alien. cap.* 1. De his, quæ fiunt à prælat. Rota *in Triventina beneficii* 12.
2 *Novembris* 1629. *cor. Crispo. Secundo*: requiritur capituli consensus in administratione bonorum, & redditu- ecclesiæ: Si enim hæc omnia sunt communia inter prælatum, & capitulum, ad eos simul spectare debet administratio; *cap.* Novit. 4. *cap.* Quanto 5. *cap.* Ea noscitur 6. *de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli*; Rota *part.* 1. *recent. decis.* 183. *num.* 1. & *in Gerunden. administrationis* 16. *Februar.* 1629. *cor. Verospio*, &
3 *in eadem* 11. *Decembris* 1630. *cor. Coccino Decano. Tertio*: Requiritur capituli consensus in suppressione canonicatuum, & beneficiorum, quæ non permittitur Episcopo absque tali consensu, & sine legitima causa; *capit.* Cum accessissent, *de constit.* ubi Abbas *num.* 4. & 9. Fe-
4 lin. *num.* 17. *decis.* 45. *num.* 45. & alii passim. *Quarto*: Requiritur capituli consensus in unione unius ecclesiæ alteri ecclesiæ, seu dignitati, vel præbendæ per Episcopum facienda; ❁ *cap.* Si Episcopus 72. *caus.* 12. *q.* 2. *ubi gloss. fin. cap.* Tua nuper *de his, quæ fiunt à Prælat. Clement.* Si una *de rebus eccles. non alienand.* Rota *decis.* 133. *num.* 2. *part.* 2. *divers.* & *decis.* 294. *n.* 17.
5 *part.* 5. *divers. Quinto*: Requiritur capituli consensus in casu, quo diminueretur ecclesiæ auctoritas; *capit.* Dilecti 13. *de majorit.* & *obedient.* Piasec. *in prax. Episcopor. part.* 2. *quæst.* 2. *cap.* 2. *n.* 9. *vers.* Item in casu.
6 *Sexto*: Requiritur capituli consensus in omni negotio, quod concernat præjudicium ecclesiæ cathedralis; *capit.*
7 Humilis doctrina 17. *de majorit.* & *obedient. Septimo*: Requiritur capituli consensus, ut erigatur seminarium in ædibus canonicalibus; seminarium enim ibi erigi non potest, nisi de consensu Canonicorum, & ita separatum ut presbyteri, vel clerici nullam communicationem habeant cum Seminaristis; Sacr. Congr. Conc. *in Mutinensi* 3.
8 *Februar.* 1604. *Octavo*: Requiritur capituli consensus in creatione Canonicorum supranumerariorum; nec enim potest Episcopus auctoritate ordinaria in sua ecclesia creare Canonicos supranumerarios absque consensu capituli, & Canonicorum; Sac. Cong. Conc. 26. *Februarii* 1639. *in una Fulginat. Nono*: Requiritur capituli con-
9 sensus, ut vigore Conc. *cap.* 7. *sess.* 7. *de reform.* Curam animarum toti capitulo cathedralis incumbentem per viam unionis perpetuæ in certam personam, seu dignitatem ejusdem ecclesiæ adnectere possit Episcopus; Sac.
10 Congr. Conc. *in Compsana* 1. *Julii* 1647. *Decimo*: Consensus omnium Canonicorum requiritur in actibus capituli voluntariis, & ubi agitur de ecclesiæ præjudicio, nec sufficit consensus majoris partis; Rota *p.* 6. *recent. decis.* 20. *n.* 5. *p.* 16. *decis.* 224. *num.* 25. Secus vero in actibus necessariis, & ubi agitur de ejusdem ecclesiæ utilitate; Rota *p.* 6. *decis.* 20. *num.* 7. & *seq. p.* 16. *decis.* 244.
11 *num.* 25. *p.* 19. *tom.* 1. *decis.* 171. *n.* 7. *Undecimo*: Consensus majoris partis capituli requiritur in quolibet actu capitulari; *leg.* 3. & *lib.* 4. *ff. quod cujusque univers. nom. leg.* Nominationum 46. *cod. de Decurion. lib.* 10. Rota
12 *part.* 17. *decis.* 79. *n.* 10. Unde advertendum est, quod consensus majoris partis sufficit in iis, quæ sunt communia pluribus, uti universis, non autem uti singulis; *c.* 1. *de iis, quæ fiunt à majori parte capituli.* Rota *p.* 17. *decis.* 263. *num.* 5. Et pariter advertendum est, quod ubi- 13
cumque requiritur consensus capituli, debet præstari collegialiter, & capitulo ad id legitime congregato; Ro-
ta *p.* 2. *decis.* 382. *num.* 3. Et circa hoc est ultimò ad- 14
vertendum, quod in omnibus casibus, ubi requiritur consensus capituli, id quod ab Episcopo sine tali consensu capituli factum fuerit, nullius erit roboris, & momenti; Barbosa *de Canon. cap.* 42. *n.* 15. & alii passim.

(Ad præcedentia *vide lit. A. pag.* 85. *usque ad* 95. *pag.* 397. *ad* 400. *lit. D. pag.* 71. 72. & 73. 112. *lit. E. pag.* 172. 181. & *seq. pag.* 215. *ad* 223. *cum addit. novis. hispan. in fin. art.* 6. *verb.* Episcopus.)

Capituli consilium requiritur: *Primo*: In institutio- 15
nibus, & destitutionibus beneficiorum; *cap.* Novit 4. *de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli. Secundo*: Requiritur capituli consilium in Clericorum Ordina- 16
tionibus; *cap.* Episcopus sine cons. 6. *dist.* 24. ibi: *Episcopus sine consilio Clericorum suorum Clericos non ordinet. Tertio*: Requiritur capituli consilium in dispensatio- 17
nibus, & confirmationibus; *cap.* Præsentium 3. *caus.* 1. *quæst.* 5. & ibi Gloss. *cap.* Quanto 5. *de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli. Quarto*: Requiritur 18
capituli consilium in inquisitionibus, & condemnationibus Clericorum, & Sacerdotum; *cap.* Si quid vero 23. *dist.* 86. & ibi plene Gloss. *in verb.* Ecclesia, *cap.* Licet Heli 31. *vers.* Nam juxta canonicas sanctiones *de Simonia.* (Circa antecedenter relata multum utilitatis afferet si legere cures Breve *lit. B. ex pag.* 358. insertum *vers.* Y queremos:: Peto si:: *apud pag.* 365. Conducit *art.* 4. & 5. *verb.* Appellatio, *verb.* Forum, *ex vers.* His prælibatis:.) *Quinto*: In processionibus edicendis, decernen- 19
dis, dirigendis, atque deducendis, consilium capituli est requirendum, non autem consensus exigendus. Sac. Congreg. Rit. *in Elboren.* 28. *Martii* 1628. & *in Comen.* 7. *Februar.* 1632. ubi declaravit ad Episcopum pertinere cum capituli tamen consilio indicere publicas processiones, & præscribere quomodo, & quò sint dirigendæ. Quod per Vicarium generalem absente Episcopo requirendum quoque esse ab eodem capitulo censuit ead. Sac. Congreg. *in Vigilen.* 28. *Septembris* 1630. *Sexto*: Con- 20
silium capituli requirere tenetur Episcopus casu, quo canonicatus, & portiones omnes suæ ecclesiæ cathedralis ex fundatione, aut antiqua consuetudine, aut statuto aliquem ordinem presbyteratus, vel diaconatus annexum non habent, ut scilicet cum prædicti sui capituli consilio designare, & distribuere valeat, quibus quisque ordo imposterum debeat esse annexus, ita ut saltem pro dimidia parte sint Presbyteri, ceteri vero Diaconi, vel Subdiaconi. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 12. *vers.* Episcopus autem:: ubi jussit observari consuetudinem illam, quæ habuerit, ut plures, vel omnes sint Presbyteri, circa quam conciliarem dispositionem emanarunt exinde à Sacra Congregatione Concilii tres sequentes decisiones. *Prima est*: "Episcopus cum consilio capituli designare
„debet, quibus beneficiis, vel canonicatibus quisque or-
„do debeat esse annexus, non quibus personis, vel cano-
„nicis, quia mandavit Synodus sacros ordines annecti
„canonicatibus ipsis, ut imposterum perpetua, & conti-
„nua foret sacrorum ordinum assignatio, non ipsis per-
„sonis possidentibus canonicatus, ne opus foret singulis
„vicibus nova assignatione accedentibus novis Canonicis.
„*Secunda*: Episcopus auctoritate dicti decreti non potest
„imponere omnibus canonicatibus ordinem presbyterii,
„sed dumtaxat sub hoc numero dimidiæ partis compre-
„hensis dignitatibus, vel iis, qui dignitatem obtinent,
„nam reliqua pars manere potest solis ordinibus diacona-
„tus, vel subdiaconatus obnoxia. *Tertia*: In facienda
„distributione, seu designatione sacrorum ordinum Epis-
„copus tenetur dumtaxat adhibere consilium sui capituli,
„non

❁ Hisce in regnis, dum de unionibus, permutationibus, aliisque gratis apostolicis agitur, præcedere debet Regis beneplacitum (1).

(1) Vide *verb.* Beneficium, & *lit. E. pag.* 289. *columni* 1. *num.* 180.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.